HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 186r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Cf. Gerbert: Scriptores d. M.
(T. III. p. 120 & 121.)

Clauis est reseratio notarum in cantu quolibet signatarum. Nam sicut per clauim reseratur hostium ad conseruanda que intra hostium sunt. sic per clauim in cantu ipse reseratur cantus et conseruantur notarum nomina et ab inuicem esse distincta cognoscimus. et tales uniuersaliter usitate sunt due. s. f. graue. et c. acutum. Per ipsarum autem distrectam repositionem per lineas potest omnis cantus cuiuscumque sit toni rationabiliter collocari. Distant enim ab inuicem per diapentis. nam f. in grauibus. c. in acutis constituta sunt. Sed dicet aliquis quid est vox grauis dicitur illa que in qualibet voce humana ~~proqui~~ propinquior est scilentio que quidem formatur in uoce pectoris que est inferior resonatio et magis propinqua canne pulmonis a qua procedit vox et ideo dicitur grauis quia in illo inferiori loco primitus est formata et tales in constitutione manus est 7em. s. A. B. C. D. E. F. et G.

Acute dicuntur eo quod acutum reddunt sonum respectu grauium predictarum. formantur enim in ~~superiori~~ superiori. s. in voce gutturis et ideo super illas sonum reddunt et tales sunt similiter 7em que non sunt a primis grauibus nominibus differentes.

Super acute dicuntur eo quod super predictas acutas sonum reddunt. et ideo est quia formantur in excelsiori loco. s. in uoce capitis et tales sunt 4or. s. A. B. C. et D. est enim alia adiuncta. s. E la. ut primus principij quod in G. acuto incipit compleamus.

Et est notandum quod in unaquaque humana uoce quantumcumque ascendere possit et descendere ut quantumcumque ascensus et descensus penuriam patiatur hec voces